

B A Y T 2 1 2 Generosissime Vir, O I D 2 1 2 2

# MAGNE KAAS,

Domine hæreditaric de Frostrup, Duchol.

measium Præses Regie, Domine non  
uno nomine æstimande:



Ausæ sunt & publicæ & privatæ, quæ ut hoc paucarum paginarum opusculum nomini tuo nuncupem, non tam suident, quam imperant. A publici boni causis ut ordiar: quanquam in te jure justo & prolixè laudare, & operosè commendare possim, tūm singularē in Deum pietatem, quā aliis, ad exemplum usq; prælutes: tam rāram, quā ordinis literati homines complectēris, benivolentiam; tūm in causis negotiis & cīvilibus, viro nobili dignam prudentiam: maximē tamen publicum præconium meretur laudatissima, quā excellis, justitiae administratio. Tantienim apud Te est id, quod in se est justum, ut nec personæ eminentissimæ vel tantillum contra jus indulgeas; nec ullæ largitiones, quippe quas ut pestem quandam semper odisti, Te à recto tramite transversum abripiant. Quæ virtus quantibodiè facienda sit, qui ignorant; corruptos infelicis bujus seculi mores minus noverunt. Privatae verò causæ, quæ memovent, ut hoc opusculo meam Tibi probem gratitudinem, & plures & maiores sunt, quam ut multis paginis, ne dum paucis periodis, comprehendendi possint. Nam non modò cùm Regius Hafniensis arcis Præses esses, Mibi & Meis uberrimè beneficiisti; sed etiam ex quo Dueholmensis regia auctoritate præsidere cœpisti, varia consuetæ benivolentiæ specimina edidisti. Quo circa ne inter homines extremè ingratos numerarer, volui tenui hoc opere testari, quanti Te & tuas virtutes faciam: precatus ex animo Deum, ut Tibi, lectissimæ tuæ conjugi ac generosis liberis, & multos & felices annos benignè concedat. Vale Vir Generosissime & me more tuo amare perge,

Qui Generositati tuae  
addictissimus est

CASR. ERASM. BROCHMAND. D.